

HONORES IN PHILOSOPHIA
SVM MOS
NOBILISSIMO CLARISSIMOQVE
VIRO

**FRIDERICO
BROCKIO**

REGIOMONTEBORUSSO

AD D. XV. KL. NOVEMB. MDCCXI.
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM
ORDINE

IN ALMA HAC VITEMBERGENSI
RITV SOLEMNI COLLATOS

F. F. Q.
APPRECA NTVR

**PATRONI, PRAECEPTORES
ATQVE AMICI.**

VITEMBERGAE SAXONVM

TYPIS CHRISTIANI SCHROEDTERI, ACAD. TYP.



REGIVS huc te MONS(omen!) di-
mifit, ut effes

In grege Doctorum Rexque, Ca-
putque Sophum.

Clariffimo Domino BROCKIO, paulo ante foennia
Magifteri ex Academia patua in Vitembergen-
feni profecto, honores dudum meriffimos,
et m. gratulatur

Io. Andreas Planerus, Super.
Mathem. Prof. Publ. h. t. Ord.
Philof. Decanus.

Multiplici fructus acti bene culta laboris
Cultori cedunt foenore rura fuo.

Et quisquam Aonium vana fpe dixerit arvum
Cultores unquam ludificare fuos?

Scilicet hoc digna eft, BROCKI, tibi miffis in
arvo,

Demete: mox nova erit miffis habenda Tibi.

Boni omnis ergo fcriptit

Io. Christoph. Wichmannshausen,
LL. OO. Prof. Publ.

Laeta-

L Aetaris merito titulis & honoribus auctus.
Augeat hos titulos Numen honore novo.

Georg. Frid. Schroeer,
Theol.D.& Prof.Publ.

E T te Phoebus amat. Phoebus sunt praemia curae.
Accipe signa Sophi, ferra Magisterii.
Publica virtutis laus haec est, grator honores,
Apprecor & studiis prospera fata tuis.

Georg. Guil. Kirchmaierus,
Prof. Publ.

B Rockiadum celebri gens Prussica laude coronat,
Quam peperit Virtus, Ars, Studiumque bonum:
Hanc auges laudem, Brocki, dum praemia sumis,
Digna Tuis studiis. Hinc Tibi fausta precor!

Ita
VIRO, artium morumque elegantiorum
laude conspicuo, de honoribus Acade-
micis, apprime meritis, gratulatur

Martinus Hassen, Moral.
ac Civil. P. P. Extraord.

A δὴ π Φοῖβου ἱών, καὶ ἀδύ π νεύτατος ὄσδε,
Πᾶν, ἔειπ Χαρίτων ΒΡΩΚΙΑΔΗΣ κατέχει.

Οὐ αὐδᾶν αἰών Φθιγγαῖο κεν, ὡς ἀπὸ Μοισᾶν
Παῖδ' ἐπὶ ζώματος σμήνος ἀνεπλάτατο.

Βλέψε τὸδ' ἤρ Φθινοπέρου ἐν ἀργαλεῖα Φθίνος ἀρεᾶ,
Ἀλλὰ οἱ οὐ μέμφειν τὸτ' οὐκ ἔξον ἔην.

Μνημοσύνη τοῦ καλῆκτος δόγην τε Φθίνος τε
εὐφημίας ἀνέθηκα

Γεωργίος Ηούχιος ὁ Θεωρίτιος,
τῶν καλῶν τεχνῶν ἐπιστάτης.


A Lma superfructam nemorosi culmina Pindi
Visebat silvam forte Minerva suam.

Con-

Conspiciebat ibi tunc Daphnin ferta plicantem,
 Demirata diu, quid sibi ferta velint.
 Tandem subridens dicebat: Daphnis, amorque,
 Deliciumque meum, quid tibi ferta facis?
 Celavitne meum pectus Pater istud Apollo?
 Suspitor an recte: quid tua ferta paras?
 Hactenus egregios juvenes, sua facta probantes,
 Conspexi Phoebos spemque decusque suam:
 Istis componis, ni fallor, tota coronas,
 Quois caput edoctum sic redimire queas.
 At quid multa? venit Pater ipse novemque sorores,
 Quas Juvenum sequitur docta subinde cohors.
 Nostros conveniunt pressus adeuntque Minervae
 Fanum, debebo hos imbuiere ipsa sacris.
 Daphni vale, salve mihi Phoebe in Palladis aede
 Cum vere Aonidum, Leucoridumque cohors.
 Hocce decus Juvenum comitatus Phoebus, & istam
 Poscit, more suo condecorare velit.
 Nec renuit vero dea, quem nunc Daphnis adorat,
 Iussaque fronde sacras vult redimire comas.
 Interea tamen inter ceu viburna cupressus
 Dignus eo egregie BROCKIUS eminebat.
 Huic igitur primam decrevit fronde coronam
 De sacra, & Musas vota parare jubet.
 Nec desunt istae, s'vavi modulatur avena
 Daphnis, Apollo canit, cumque, Minerva, Patre:
 Accipe decretam diva de fronde coronam
 Exiguum hoc equidem maximum at hocce decus:
 Accipe, si vivas, plures TIBI Diva merenti
 Textet, at hanc felix accipe laureolam.
 Gratulor interea decus ingens, surgat honorum
 Multiplici hinc fructu foeta feraxque seges.

Eadem & majora longe cum Musis ελοναρδιος
 Clar. Magistro adprecatur Amicus sincerus

M. Vuenceslaus Sigismundus Gerhardus,
 Raussa Siles. Sanctae Theol. Cultor.



Mag. H. 1.3.11



f

TA-706

Nur 11, 27, 28 verknüpft

107P
1077





HONORES IN PHILOSOPHIA
 SVMMOS
 NOBILISSIMO CLARISSIMOQVE
 VIRO
**FRIDERICO
 BROCKIO**

REGIOMONTE BORUSSO

AD D. XV. KL. NOVEMB. MDCCXI
 AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM
 ORDINE

IN ALMA HAC VITEMBERGENS
 RITV SOLEMNI COLLATOS

F. F. Q.
 APPRECAVTVR

PATRONI, PRAECEPTORE
 ATQVE AMICI.

VITEMBERGAE SAXONVM

TYPIS CHRISTIANI SCHROEDTERI, ACAD. TYP.

